

I V S T I L I P S I
E P I S T O L A R V M
S E L E C T A R V M
C E N T V R I A T E R T I A
M I S C E L L A N E A.



A N T V E R P I A E,
E X O F F I C I N A P L A N T I N I A N A,
Apud Viduam & Filios Ioannis Moreti.

c I o. I o c. XIV.

*Cum Privilegijs Cesareo & duorum Regum
& Principum Belgarum.*

AMPL^{MO} ET NOBIL^{MO} DOMINO,
D. I O A N N I
DRENCKWAI R T O

EQVITI, TOPARCHÆ DORMALIÆ,

supremo Belgicæ Thesaurario.



ENTVRIAM hanc MISCEL-
LANEAM ad te mitto , non
munus, sed particulam luen-
di æris, quod varium & mul-
tiplex fatemur debere . De-
cem anni sunt , cùm me beneficiis aliis su-
peralia cumulas: vt non dicam relationem,
sed actionem gratiarum studio videaris præ-
uenire . Quid autem vel nunc refero ?
EPISTOLAS , plerasque ipsas ad te missas:
& veleo nomine tibi inscribendas. Sed EPIS-
TOLAS cùm dico , quid nisi rem leuem &
subitancam, & intra verba consistentem di-

IVSTI LIPSI
EPISTOLARVM
SELECTARVM
CENTVRIA TERTIA
MISCELLANEA.

EPISTOLA I.

L. LIPSIUS IOANNI MORETO, *Typographo S. D.*



ERIÒ & vno verbo, mi Morete, semel hoc
crede. quidquid à vobis ad me venit, gra-
tum est, iucundum est; & meritò istæ tuæ
litteræ, sincrissimi affectus in me plenæ.
Nolo cum testēris: scio. nec pariter ullus
vmquam Plantinianus ramus erit, qucm
ego non amem, & cui non benefactum ve-
lim ex iuncto isto fonte. Ostendam hoc sem-
per, quamdiu melior ille spiritus dirigeret hoc corpus. Sed hæc
non necessaria. precibus tuis respondebo, quas velut publico no-
mine ad me defers. Thraseam tuum, inquis, flagitant omnes.
De multis, mi Morete, credo: multos etiam aliter esse censco, &
quibus hæc nostra nec grata valde nec magna. Quæ iudicia ut
nec magni ipse facio, nec planè tamen sperno: ita hoc facile
apud me impetrant, ut differam opus, si non ut omittam. Philo-
sophia ista non pro omnium gustu: & calumniam vitare for-
tasse melius, quam deprecari. Munus aumarij, in quo chartæ &
epistolæ nostræ recondantur, an non gratum sit te mittente? gra-
tissimum: sed & te atque vnu opportunum, & hactenus deside-
rabam. In oculis aut manibus cottidie erit: & quod sequitur,
eius auctor. Ergo gratia tibi esto & dicta, & reposita: tu aut tui
apud me inuenire, & amandi semper amate. Lug. Batau. v. Id.
Decemb. 15. LXXXIX.